

matica. Incipit de dialectica'. Das letzte grössere Scholion hat geschichtliches Interesse:

p. 153, 1 Culleo, culleus dicitur pellis tauri, in quam consutam mittitur reus vel rea. Hoc genus sic efficitur. Taurina pellis depilata circa ungulas consuitur et mittitur ibi solus reus et datur ei cultellus et pulmentarium et postea ex omni parte concluditur, ne aqua ibi possit intrare, et portatur quasi per unam leugam in mare cum vento et proicitur postea in mare, et de quacumque parte ventus sufflaverit, cum vento portatur.

Endlich setze ich zum Vergleich mit dem bei Remigius so stark auseinandergezogenen Stück die Einleitung des Johannes Scottus zum Kommentar hierher¹:

Huius fabulae auctorem Martianum comperimus fuisse Cartaginiensem genere nec non Romanum civem, unde et Latiori ritu tetra nomos, hoc est quattuor nominibus, nominatus est, Martianus quippe Mineus Felix et Capella vocatus. Martianus quidem proprio nomine, Minneus vero ex colore, ut aiunt, quia rufus fuerat. Felix, nescimus feliciterne vixit necne. Capella autem, quia sicut quedam Satyra, sive nutrix eius sive admonitrix fuerit, [e]² suis scriptis non³ aperte patet, eum nominavit lascivus ex petulantia poetica instabilis, dum debuit et fortassis non quod ita fuerit, sed quod ita fuisse finxerit philosophus esse, veluti quidam strio nominatus est. Falsa quippe poetico usu veris philosophiae rationibus intermiscuit. Eundemque Martianum⁴ utriusque lingue, Grece⁵ videlicet et Latine, sui operis textura peritissimum fuisse manifestissime proclarat. Marci Tullii Ciceronis discipulum fuisse, sive vivente illo sive obeunte floruerit, quisquis eius scripta prospexerit, non negabit. Ipsius quippe solius in libro, quem scripsit de rethorica, exemplis utitur et argumentis. Volens autem de septem liberalibus disciplinis scribere fabulam quandam de nuptiis Filologie et Mercurii finxerat, nec hoc sine acutissimi ingenii obtentu. Philologia quippe studium rationis Mercuriusve facundiam sermonis insinuat, quasi simul veluti quodam conubio in animas sapientie studia discentium convenerint. Absque ulla difficultate ad artium liberalium notitiam habitumque pervenire promptissimum est.

Hierüber gebe ich noch drei Beispiele, aus denen die starke Abhängigkeit des Remigius vom Texte des Johannes klar ersichtlich ist:

1) Die Aufschrift ist 'Annotationes in Marcianum'. 2) Fehlt in der Hs. 3) 'nam' Hs. Der ganze Satz ist korrupt überliefert. 4) 'Martianum dico' Hs. 5) 'lingē gece' Hs.